

n. 62: Antwort (des Kardinals Thomas v. Capua) auf einen Brief des Königs (Ludwigs IX.) von Frankreich. Ermahnung, zumindest dieselbe Gewohnheit gegenüber den Kirchen Frankreichs zu bewahren, wie die Vorgänger als Könige von Frankreich.

Super hiis, que vestre littere continebant, faciemus in Domino, quod decebit. Sane continuantes affectum ad vos, quem ad progenitores vestros habuimus, consulimus bona fide, ut circa^a ecclesias regni vestri ad minus illam consuetudinem observetis, quam felicitis recordacionis reges Francie servaverunt. Porro de illorum profectibus excellencia vestra colligere poterit, si expediat a via talium deviare; et utinam, qui turbare nituntur vos ecclesiis et ecclesias vobis^b turbationem domus regie non intendant. Hec autem scribimus, quia vos^c diligimus Deo teste.

n. 68: Empfehlung des Magister S. an einen König.

Cum excellencie vestre simus debitores in multis, quociens oportunitas occurrerit negociorum, vestrum erit exigere debitum, quod fatemur. Et quidem solucioni sic se offeret prompta voluntas, quod, siquid possibilitati deesse contingeret, creditoris benignitas excusaret inopiam debitoris. Ad hec magistrum S. gracie regalis affluencie^a commendamus sperantes, quod debito meriti aliquid intercessione rogantis accrescet.

n. 103: An einen weltlichen Machthaber, der B. und M., Neapolitaner Diakone gezwungen hat, in Salerno gleichsam in der Verbannung zu leben. Befehl, ihre Rückkehr zu gestatten, da Empfänger über Geistliche kein Recht habe.

Dilectos filios B. et M. ecclesie Neapolitane diacones^a, sicut audivimus, sub quadam exilii specie cogis morari^b Salerni. Porro licet in laicis tibi sit attributa potestas, non tamen in clericis debuit id presumi, cum suo iudici steterit aut ceciderit^c. Cum igitur non debeamus presumptiones huiusmodi cum garrientibus^d oculis in contemptum libertatis ecclesiastice pertransire, mandamus districte precipientes, quatinus predictis diaconibus liberam detis licenciam, ut ad propria revertantur, vel sic^e forte maluerint, volumus, ut nostro se conspectui representent.

62. ^a) cū R ^b) folgt versehentlich ein Stück aus n. 61 iustam bis feceritis durchstrichen R ^c) fehlt R 68. ^a) affluencia R
 103. ^a) So korr. aus diaconos R ^b) morati R ^c) So R ^d) garri-
 antibus R ^e) si R